



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

2. Alia pro eadem veritate latinorum patrum testimonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

tatem vero impellat.] Et ostendo, quomodo altera alteram contineat subdit. [Hæc autem ipsa perfectissimè transiguntur, dum ratio habenas, scientissimè moderatur. Subiungitur. Neque hominum sapientissimè coëntendis sceleribus leges unquam tulissent, nisi comperit illis fuisse, certa sententia humana facinorosa perpetrari.] Deditus aliud eius testimonium q. 1. cert. 4. n. 5. Diadocus de vita spirit. c. 5. tom. 5. Biblioth. [Liberi arbitrij potestas est voluntas animæ rationalis; quæ promptè mouetur, quo vellet.] Pachomius apud Surium t. 3. in eius vita c. 67. pag. 329. *Eius, quod in nostra potestate est, & dominium non est, abstinentiam, nec premio, nec pena dignum,] lib. 6. post med. [Liberæ potestatis animalia, quæ mouentur ex se ipsis, modo in meliorem, modo in deterorem partem inclinare possunt.] Anast. Episcop. Nyssens. t. 1. Biblioth. q. 6. in script. col. ante pen. ex Basil. [In potestate nostra situm esse ait, vel à vicio abstinere, vel malos esse.]*

Theophilus Marci 4. n. 27. parabolam seminantis, seminale crescentis, dum dormit, & nescit ille, diuinæ erga nos providentiæ ita adaptat, crescit autem semen (animæ inspirationis, & verbi) ipso nescio (nulla scilicet Dei, ac si dormiret viceri cura) liberi enim arbitrij sumus: & in nostra electione oportebit semen, vel crescere, vel non. Quibus similia habet in Luca 20. sub mat. & Ioan. 5. vers. fin. ad id. [Neque vultis venire ad me,] & c. 6. ad ea. [Nemo potest venire ad me.] Et c. 13. in id. [Non de omnibus vobis dico, ait, elegit quemcumque (Iudam) cum bonus esset, sicut, & Saul; sed mutatus est ipse liberi exitens arbitrij: Permittit autem vnicuique, secundum quod vult operari: non enim adest liberum arbitrium.] Constat sibi in hac doctrina ad Rom. 9. in id. [Non volentis, neque currentis.] Item 1. Corinth. 6. circa fin. & c. 10. in id: *Omnia mihi licent.* Accepit alias. Denique Luca 15. Filij prodigi parabola, & diuisione substantiar, quæ contingebat quemque è suis filijs arbitrij liberi, & omnium, quæ illud ad bonum eius vltimè inuenit communem omnibus rationalibus creaturis à Deo impetitionem intelligit, tam enim liberum arbitrium, quam reliqua gratia, siue externæ, siue interne dona in substantia, & diuitiis nostris recenset. [At alij, inquit, vultur hac libertate secundum rationem. Alij autem dilapidamus bonum diuinum; inferiusculè. Itaque; qui dedit omnia hæc, ex æquo permittit liberè ingredi.] Adde eius testimonia recitata q. 1. cert. 3. n. 2. & 3. cert. 4. n. 4. cui interpretationi, & sententiæ subscribit Euthymius ad idem c. 15. Luca. OEcumen. 1. ad Timoth. 2. [Si Deus vult, quare non fit, quod vult: non fit, quia illi noluit.] & 2. ad Timoth. 2. ad id. [Si quis emundauerit se ab his, ait. Ob id ipsos in progressu accusat, quod se ipsos ad hoc deduxerint.] Scilicet, ut vasa essent testacea, & praua, de quibus inferius. [Tales autem possunt voluntate immutari, & ad bonum, & ad malum.] Alia ex Euthymio dedimus q. 1. cert. 2. n. 6. & cert. 3. n. 2. & 3. Zachar. Episc. Mitelencus lib. de mundi creat. sub fin. tom. 4. Biblioth. ait. *Deum sua potestate fecisse hominem.* His etiam addenda videbantur aliorum Patrum Græcorum testimonia, quæ, cum rem hanc ex scripturæ locis agebamus q. 1. recitauimus. Idcirco satis nunc erit eos nominare, Philo Carpathius ex q. 1. cert. 1. num. 8. Concil. Nyssenum num. 10. Philoxenus Episcop. Mabugens. num. 10. Mosès Barcephala ibidem, & cert. 2. n. 4. & cert. 3. n. 5. Eucherius cert. 1. n. 12. Synodus Palæstina cert. 2. n. 1. OEcumenus num. 6.

CERTAMEN II.

Alia pro eadem veritate latinorum Patrum testimonia.

1. Tam multus in voluntatis liberæ indifferenti ad vniuersis ex oppositis potestate statuenda est, Augustinus ubique; ut pene ad legentium rædium esset omnia referre lib. 1. de lib. arbitrij. cap. 12. [In Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I,

voluntate nostra esse constitutum, ait, ut hoc vel fruamur, vel careamus tanto, & tam vero bono (scilicet bona voluntate) quid enim, tam in voluntate, quam ipsa voluntas, sita est?] Inde inferit c. 13. [Ex quo conficitur: ut, quisquis rectè, honestèque vult viuere (si id se velle præfugacibus rebus velit) assequatur tantam rem, tanta facilitate: ut nihil aliud ei, quam ipsum velle, sit habere, quod voluit,] lib. 3. c. 1. fine. [Motus, quo huc, atque illuc voluntas conuertitur, nisi esset voluntarius, atque in nostra positus potestate, neque laudandus, cum ad superiora, neque culpandus homo esset, cum ad inferiora detorquet, quasi quendam cardinem voluntatis.] Nulla ad rem præsentem cardinis metaphora aptior. Similia docet c. 2. 3. & 4. Ex quibus cap. 3. circa med. [Nil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas: ea enim prorsus, nullo intervallo, mox, ut volumus, præsto adest, vers. fin. Voluntas igitur nostra, neque voluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porro, quia est in nostra potestate, libera est nobis. Non enim est nobis liberum, quod in potestate non habemus: aut potest non esse liberum, quod habemus in nostra potestate.] Cap. 5. med. ait hominibus. [Potestatem vtrum vellet dedit.] Cap. autem 15. 16. & 18. Sæpè hanc suam sententiam statuit. Quæcumque ista causa est voluntatis, si non ei potest resisti, sine peccato ei ceditur; si autem potest, non ei cedatur, & non peccabitur. Quis enim potest resisti, sine peccato ei ceditur? Peccatur autem: ergo cauere potest. Dum scilicet quidquid ex parte causæ requiritur, ac præcedit, & peccatum ipsum adest, lib. autem de duabus animabus cap. 12. [Anima, si libero ad faciendum, & non faciendum motu animi careat. Si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur; earum peccatum tenere non possumus.] Quod refert, & probat Magist. in 2. d. 2. §. si igitur. Inde vero sem. 47. de sanct. circa fin. ait. [In potestate nostra posuit Deus qualiter in die iudicij iudicemur. His aliisque suis locis abuti Pelagianos (quasi admissa ab ipso arbitrij ad vniuersis potestate gratiæ Dei auxilium cum ipsis ad rectè, & pièque viuendum necessarium negaret) obseruat Augustinus lib. 1. retract. cap. 8. 9. 10. 22. vers. fin. lib. 2. de bono perseuer. De prædestinat. sanct. cap. 5. fin. ostendens ad libertatem nostram bene exercendam gratiæ Dei auxilium requiri: imo cum illo, ac, non sine illo stare ad rectè, pièque viuendum voluntatis, & arbitrij nostri potestatem cum iis omnibus, aliisque locis pluribus contra Pelagianos, & Semipelagianos, tum lib. de prædestinat. & grat. cap. 9. ubi, ne gratiæ Dei, quæ ad bene operandum quisque eget, totum suæ salutis opus committens in desidiæ faciem vltimam resolveretur: inter se, inquit, [atque homines, Deus tempora, officiaque distribuens ordinauit: ut vocatione ipsius bonorum principia sumeremus: vocati autem, atque illuminati vias mandatorum eius boni genij intelligentia nosceremus: & eas libero, vel eligeremus, vel relinqueremus arbitrio] 2. de peccator. merit. & ramis cap. 18. ante med. de voluntatis nostræ arbitrio, ait, *Huc, atque illuc liberum stetit: ex eisque bonis esse, quibus & male vti malus potest.* lib. 2. Actor. cum Felice Manich. capite tertio, med. *esse liberum arbitrium: & inde peccare quemquam, si vult; non peccare si nolit.* Non solum ex scriptura, sed ex Manichæi verbis probat capite quarto, init. idem ex illa Christi sententia: *aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum; aut facite arborem malam, & fructum eius malum.* His verbis probat: (cum ergo dicit, aut hoc facite, aut illud facite, potestatem indicat, non naturam. Nemo enim nisi Deus facere arborem potest; sed habet vnusquisque in voluntate, aut eligere, quæ bona sunt, & esse arbor bona; aut eligere, quæ mala, & esse arbor mala.] Et infra. [Aut facite hoc, aut facite illud, ostendit in potestate esse, quod facerent.] Ex eo verò capite ad totum caput 12. pro indifferenti hac arbitrij nostri potestate, & contra necessitatem alterum determinate operandi disputat fule libro primo retract. capite 22. circa fin. [Nisi quisquam voluntatem mutauerit bonum operari non potest, quod in nostra potestate esse positum alio loco Dominus dicit (proxime

F i f de

comeditis, inquit, liberum servat arbitrium, ut in vitanti-
que partem non ex præiudicio Dei, sed ex meritis singu-
lorum, vel poena, vel præmium sit.] Et in cap. 57. ad ea.
[In partibus terrenis pars tua ait: Hoc fecerunt propria
voluntate, quia in nostro consilii arbitrio bonum; ma-
lumve eligere.] Et in 1. Malachia: ad id: *Iacob dilexisti*
Esa autem odio habuit, ait: *Esa, & Iacob de una stirpe*
generati, &c. Hoc est: *virtus, atque virtutes ex uno*
cardo fonte procedere: dum in utramque partem, ut vo-
lunt, declinamus. In 5. ad Galat. ad ea verba: *Perfusa*
est vestra non est ex eo, qui vocavit. Sic ait, *Galatas ac-*
ceptant, quare non obediunt veritati, ostendens in
utrum arbitrio positum, vel obedire, vel non obedire.
Submissus, Dei est vocare; hominum, vel credere, vel
non credere, & 9. 1p. (vel quicumque author episto-
lae 17. de explanat. fid. ad Damasc.) hinc ait: liberum si
quisque arbitrium, ut dicamus nos Dei semper indi-
gere auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichæo di-
cunt luminem peccatum evitare non posse, quam illos,
qui cum Ioviniano asserunt, hominem non posse peccare.
Virque enim tollit arbitri libertatem. Nos vero dicimus:
hominem semper, & peccare, & non peccare posse, ut
semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hac fides est
2. beatissime, quam in Ecclesia Catholica didicimus.
Id ipsum docet exponens dubitatus dictiones scri-
pturæ. Forè forsitan, & similes, ut supra retuli-
mus quæst. 1. cert. 4. num. 5. & 7. Alia ex ipso data
ead. 3. cert. 1. num. 8. cert. 3. num. 1. cert. 4. num. 4. & 6.
recogit.

Tertullianus 2. adversus Marcion. cap. 6. post med.
[Tota ergo libertas arbitrii in vitantiæ partem con-
cessa est homini, ut sui dominus constanter occurreret,
& bona sponte secundo, & malo sponte vitando dixe-
rat autem ad id. *Ante hominem vita, & mors, cap. 5.*
culdem libri: Posse te, si velis, ostendit, qui tuo arbitrio
utramque proposuit. Constat sibi pro indifferenti arbi-
trij nostri potestate ubique Tertullianus seq. lib. 4. lib.
ad Scapulam, lib. de exhortat. ad castitat. lib. de Mo-
nitione. c. 23. lib. Apologet. c. 28. lib. de Trinit. post init.
(in Novati is liber sit) quam doctrinam nemo in Ter-
tulliani erroribus recenlet. Huc spectant alia eiusdem
testimonia recitata q. 1. cert. 1. num. 1. cert. 2. num. 3. & 7.
cert. 4. num. 1. & 8. Amobius 2. advers. gent. vers. fin.
[Si tibi fastidium tantum est, ut oblatis respuas bene-
ficii munus: quid inuitans peccat: cuius solæ sunt
hæ partes, ut sub tui iuris arbitrio fructum suæ benigni-
tatis exponat? Sorem vitæ eligendi nulli est (inquit
Plato) Deus causa (scilicet determinans nec eius pos-
tulari electionem relinquens, & si ad meliorem inuierit)
nec alterius voluntas adscribi potest cuiquam recte,
cum voluntatis libertas in ipsius sit potestate, qui vo-
luit] Lactant. 4. diuinar. instit. cap. 24. sub init. ait, *Præ-*
cipiens:] Libertatem relinquat: ut & præmium sit con-
stitutum parentibus: quia poterant non parere si vel-
lent.] Intrā venisse Dei filium ait, ut daret] iis liberam
facultatem sequendi Deum: ut & præmium vitæ adi-
piscerentur, si cum secuti fuissent, & culpa sua mortis
penam incurrerent, si Regem suum repudiassent.] Aliud
eius testimonium ex lib. 2. cap. 5. ante med. recitabimus
pro exactione necessitatis ad unum à potentia libera:
vbi ad præsens institutum ait: Quia libera sunt volunta-
tis huc, atque illic vagantur, ut libuit: & quicumque
mens duxerit eo fertur.] Dedimus ex Lactantio alia q. 1.
cert. 1. num. 10. & si autem Amobij adhuc catechumeni
opera hæc (sicut, & Lactantij ipsius discipuli) cap. San-
cta Romana dist. 15. inter apocrypha numerentur; ta-
men non ob communem hanc scripturæ, & Patrum do-
ctrinam fuit, esse potuit: sed ob alias in nouioribus
editionibus à textu expunctas, & ad marginem notā-
tas, quibus notis ad pristinum textum, olim Episcopis
probatum, sunt restituti: eorumque de aliquo autho-
ritas magni apud Doctores habita est. Julius Firm. de
Libertate te Deus fecit: in manu tua est, ut, aut viuas,
aut percas.] Prudentius, Hamartigenia longè à med.
contra Marcionem ait,

Non sit sponte bonus, cui non est prompta potestas,
Velle aliud, flexoque animi conuolueret sensus.
Ex inferis.

Christoph. de Ortega, de Deo Pno, Tomus 1.

Quædamque sequendum,

Sub nostra ditione situm, passimque remissum,
Alterutram calcare viam.

Plura in eandem sententiam ibi scripti, quæ pro exclu-
sione necessitatis à potentia libera in sequentibus reci-
tabimus cert. 3. lib. item 2. de genis aduersus Symmacum
circa finem ait.

Imo nocens, quicumque volens, quod non licet, audet:

Alterutram quia velle sum est.

Plura eius in eandem sententiam carmina dedimus q. 1.
cert. 1. num. 10.

6. Optatus Milleuit, lib. 7. aduers. Parmenian, sub
init. ait. (Homicidam, & adulterum furtum facere
posse, & posse non facere; adulterium admittere, & non
admittere.] Paulin. epist. 4. ad Seuerum sine. [In nobis
est vade soluamus. Res potestatis nostræ est noster affe-
ctus. Hunc Domino impendamus, & soluimus.] Epist. 8.
ad eundem circa med. [Agnouit bonum, & fecit malum:
cum æque mihi liberum esset bonum facere; quæ ergo
misero mihi suppetet venia peccat?] Gaudens Brixia-
nus tract. 3. in Exod. seu ferm. 3. de manducat. Agni
Paschal. à med. [Manducauit homo, primus, quia vo-
luit; mandatum non custodiuit, quia noluit: morte mul-
tatur, quia mandatum seruare potuit, & non studuit.
Igitur si vnus arbutuli fructus temere à protoplastis
degitatus mortem generi acquisiuit humano: potuit
& Machabæis tunc sub lege positis interitum parare
mandati diuini transgressio, quibus nunc honorem,
& gloriam præcepti eius custodia comparauit.] ferm. 15.
de natal. Domin. ex illo Ecclef. 15. [Ad quod volueris
porrige manum: ait, vult Dominus verè iustus iudex,
ut meriti proprii sibi sit causa vniuersique extende ma-
num tuam: hoc est opus tuum.] Ennodius sic lib. 2.
epist. 19. ad quendam Constantium scribens apud Tur-
niam nostrum lib. 4. exposuit. [Inuentus est homo,
qui seruos Christi sub hac occasione cribaret: asserens
de arbitrii libertate in vna tantum parte, quæ deterior
est, eligendi datam esse licentiam. O schismaticam pro-
positionem, quæ iuxta Apocalypsim, scriptas habet
in fronte blasphemias! Quæ est ista libertas (si valet
edificat) vbi hoc solum datur velle, quod puniat?
aut quare electionem nominat, vbi vnâ tantum par-
tem asserit fuisse concessam. Quod si veritate sub-
stiteret, locum diuina iudicia non haberent. Quid enim
bonis à nobis Deus noster rectè quæreret, qui appeten-
tiam eius de voluntate subtraxerat? Sed iuxta Aposto-
lum: Numquid iniquus Deus? Absit inter homines à
recti discordat affectu, qui à subiectis exigit, quod in
potestate non tribuit. Hoc de Deo, qua conscientia
sentiantur aduertite. Vbi est illud Apostoli clamantis,
& pro arbitrii libertate testantis: velle adiacet mihi,
perficere autem non inuenio? Quid est aliud, quam
dicere: noui dextrum iter eligere; sed, nisi ingre-
dientem inuenerit gratia superna, lassabor. Nemo ne-
gat, nemo condemnat: quod Authore gratiæ præ-
stante, & ipse æquitas callis hominibus aperitur.
Dux enim bonorum, & præceptor est gratia, quando
caelicus multiplici ad requiem incitatur hortari:
quando nobis dicitur: Venite filij audite me. Sed
nisi talibus monitis, & voluntas nostra, quæ libera
est, præster obsequium ad periculum, & gehennam
non imperio aliquo, sed sponte deuoluimur?] Alio-
quin ferè immediate ait: [Non erit iuxta retribu-
tio, quæ aut per supplicia refertur necessitate pec-
cantibus; aut bonam mercedem offert, ad quod,
attrahuntur inuiti. Debemus, ergo gratiæ, quod vo-
camur. Debemus gratiæ, quod oculis itingibus,
nisi resistamus, sapor nobis vitalis infunditur. No-
stræ tamen electionis est, quod beneficia demon-
strata sectamur. Via enim sceleris, non imperatrix
nostra legitur esse, sed famula: cum de peccatis di-
citur, sub te erit appetitus eorum. Quid etiam sibi
vult vniuersa Prophetæ, quasi ferris redimita locu-
tio? Noli emulari in malignantes. Nolite confi-
dere in principibus. Nolite fieri sicut equus, &
mulus. Et Apostolus. Nolite fieri serui hominum.
Toties noli in superna admonitione quo respicit,
si aliud velle non licet?] Quid illustrius?
Fors quod contra eiusdem errorem de Dei gratia

fff 2 omnem

omnem nostram potestatem liberam ad opus honestum, & meritum absorbente, & electionem abolente ex male intellectis Pauli verbis *Gratia Dei sum id, quod sum*. Notat statim à Paulo subiunctum. *Gratia Dei in me vacua non fuit, & plus omnibus laboravi*. Ad quæ ita commentatur. *Quod dixisse est: Christus in me, quem pater est divina gratia, sed meritum nostrorum putatur quadam macie, aut exilitate tenuari; quæ tunc non estimatur suis meritis fluere, quando de suis cursibus ariditatis nostra vena nil recipit*. Subinferius. *Vult ad illud pertinere: neminem suo vitio, aut negligentia privare, si homo vitiosusque rei boni, & mali electione privatur*. Hos tantum inquit potuisse saluari sine labore villo, sine mandatorum amicitia, quos peregrinantes à merito suorum tantum celestis eripuit: perinde (quod in ipsum referatur) illos perisse intelligit, quos gratia noluit divina liberare.

Propter, 2. de vocat. gent. cap. 12. ait. [Ideo liberum esse discere, ut non discensibile sit primum: & ut, quod non potest, nisi cooperante spiritu Dei fieri, eorum meritis deputetur, quorum potuit voluntate non fieri,] cap. 28. init. [Ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, ut etiam à perseverantibus illam mirabilitatem, quæ potest nolle, non auferat. Alioqui nemo unquam fidelium recessisset à fide, neminem concupiscentia vinceret (si Dei voluntas, & adiutorium præquisitum ad velle de sese efficac foret) sed quia possunt hæc fieri, & in consensum talium tentationum facilis nimium proclivisque descensio est: nunquam debet in auribus fidelium vox illa Domini non sonare: vigilare, & orare, ut non intretis in tentationem.] Eumque ad arbitrium Domini hortatum extare ait: *ut divini sit muneri, quod etiam vigilantes tentationis procella non vincat, sine autem: sicut qui crediderunt inuenerunt, ut credant? Et quemadmodum illi in sua habent potestate, ut exeat: ita isti, in sua habent potestate, ut veniant*. Alia Prosper in eadem sententiam dedimus q. 1. cert. 2. num. 9. Fulgent. de fide ad Petr. cap. 25. humilissimum, & indubitatum esse ait: [Protoparentes rectos, & cum libero arbitrio creatos, quo possent, si vellent, humili, & bona voluntate servire, atque obedire: quo arbitrio etiam possent, si vellent, propria voluntate peccare. Quam etiam ad utrumvis potestatem Adæ posteris asserit lib. de incarnat. & grat. à cap. 19. ad 24. cap. autem 6. eius rescripti Petri Diaconi sententiam, seu potius fidem, hanc recitat, taciturneque probat. [Credimus creatum à Deo Adamum (in statu, & domo innocentie) magna que prædium libertate, ita ut, & bonum facere in propria facultate haberet, & malum, si vellet, posset admittit,] Magno Gregor. lib. 23. moral. cap. 20. alias 25. [Idcirco enim nequaquam celestis patriæ præmia æterna suscipiunt, quia ea nunc, dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt.] Inferiuscul. [Bonum, quod agimus, & Dei est, & nostrum. Dei per prævenientem gratiam. Nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Rursus: quia ergo non immerito gratias agimus, scimus, quod eius munere prævenimur, & rursus: quia non immerito retributionem quaerimus. Scimus, quod subsequente libero arbitrio bona elegimus, quæ ageremus,] lib. autem 25. cap. 6. dixerat: [quia ergo nunc in potestate nostra est internum mentis nostræ contra nos subire iudicium, recognoscendo accusamus nos ipsos. Neque enim ultra in hominis potestate est. Iuxta Iobi, quam ibi expendit sententiam, hom. 5. in Ezech. circa fin. pulchra clypei (quo Dei gratiam, & amicum erga nos providentiam intelligit) eiusque vultu nostri metaphora rem præsentem sub oculos ipsos posuit. [Clypeos pro nostro munimine ubicumque volumus mouemus: clypeus vero in manu est, & defendit, quia virtus patientie, virtus misericordie, præcedente nos gratia, & in potestate est arbitri, & à periculo protegit adversitatis. Recitabimus ex ipso aliud testimonium q. 1. cert. 4. n. 8.]

Bernardus serm. 81. in cant. circa med. [Ex hac (libertate) nempe inest illi (animæ) inter vitam, & mortem, sed & nihilominus inter lucem, & tenebras, & co-

gnitio iudicii, & optio eligendi. Infra. Vnde, & liberum vocatur arbitrium, quod liceat averti in his pro arbitrio voluntatis, inde homo ad promerendum potis. Omne enim, quod feceris, bonum, malumve, quod quidem facere liberum sit, merito ad meritum deputatur.] Subdit aliquos posse facere mala, quæ non faciunt, & posse non facere bona, quæ faciunt, tract. de grat. & lib. arbit. col. 2. & 3. vique ad tractatus finem, plura pro indifferenti hac potentie libertate ad utrumvis, & exclusionem necessitatis ad alterum extremum dedit, quarum aliqua dabimus in sequentibus pro eius necessitatis exclusionem. Dedimus item ex Bernardo alia q. 1. cert. 3. n. 4. Petrus Ab. Celsen. lib. 1. mystice exposit. Mosaii tabern. longe à med. [Productiles facti sunt Cherubini, non quia volentes à verti, vel conuerti creati sunt, sed quia habiles ad volendum hoc, vel illud. Post creationem vero, quia productiles facti sunt spontanea voluntate alij elegerunt bonum; alij malum. Et de operante gratia (quam acceperunt in creatione) servata cooperante meruerunt: quæ, non sicut ex operante iustificatur impius; sed quæ cooperante inuatur ad bene volendum, & perseverandum pius. Author libri de Ecclesiast. dogmatibus Augustino adscripto cap. 21. init. de homine in statu innocentie ait. [Libertati arbitrii sui commissus est homo, statim in prima conditione: vel sola vigilantia mentis antitene etiam in præcepti custodia perseveraret, si vellet in eo, quod creatus fuerat, permanere.] De eodem vero iam lapsus subinferius. [Manet itaque ad querendam salutem arbitrii libertas, id est, rationalis voluntas: sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, ut vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione Dei.] Inferiuscul. [Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus: ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est. Quæ res non infirmat, quod dictum est, quid habes, quod non acceperis.] Transcripserunt hæc sunt ab Authore libri de spiritu, & anima Augustino tribuit t. 3. cap. 48. Author Hypognosticon Augustino etiam applicuit lib. 3. col. 3. [Arbitrium ad arbitrandum rationali consideratione, vel discernendo quid eligat, quidve recuset, puto, quod nomen accepit. Vel ideo liberum arbitrium dictum, quia in sua potuit sit potestate, habens agendi, quod velit possibilitatem.] Et subinferius de Adamo. [Non enim per aliud contraxit offensam, nisi per id, quo potuit, ne delinqueret, resistere suadenti.] Dei gratiæ subdit Beda q. 13. var. ait: [hominem talem creatum fuisse à Deo, ut postea velle bonum, & non velle,] & verum, med. & post med. multa in eandem sententiam scripsit sine vero. [Ita Deus nobis bona sua promittit, ut tamen labore nostro adquirantur: quod si volumus ad laborem in omnibus, quæ bene agemus cooperabitur.] Recole recitata ex eodem q. 1. cert. 4. n. 4.

9. Tam multus in hac veritate demonstranda fuit Anselmus variis operum suorum locis, præsertim lib. de concordia libertatis nostrorum operum cum certitudine, & infallibilitate prædestinationis, & præscientiæ diuinæ: cum eam ex hac indifferenti ad utrumvis arbitrii potestati, illis etiam positis, potestate vince. Tertio quoque, ut anim, versu, & asserat, & ostendat. Id solum ex eo nunc recito, quæ sub eius libri finem suas cuique, & Deo & homini in bonis, malisque peragendis partes distribuit. ait (Homo habet in bonis, quod mala non sunt. Quia, cum posset, se solo) deserere iustitiam, & mala facere, non deservit: sed servauit per liberum arbitrium dare, & subsequente gratia. Plura dabimus ex hoc libro cert. 3. & sequentibus: ubi necessitatem à potentia, & operibus liberis excludimus: & quænam necessitas ita à Patribus ex clausa sit, explicemus. Interim ex aliis eius operibus ipsum ad rem præsentem audiamus. De casu diaboli c. 14. [Necesse est, ut fiat beatus esse velit, homo, quatenus addita iustitia sic temperet voluntatem beatitudinis (in communi, quam necesse esset voluntatem beatitudinis) in excessum, & excedendi non amputet potestatem. Vt, cum per hoc, quod vult beatus esse, modum possit excedere, per hoc, quod iustæ vult, non vult excedere,] c. 27. sine negat diabolum iustæ vult, quod non debuit, quia ita velle potuit, ideo voluisse, quod non debuit, quia ita velle potuit. [Quia, inquit, similiter potuit bonus Angelus velle, neque tamen voluit. In cap. 6. Marth. ad id fiat voluntas tua, ait: Contingere, ut Deus per misericordiam

iam veli de aliquo pravo, quod sit iustus, & conferat illi gratiam suam: & tamen ille per liberum arbitrium contradicit, nec gratia Dei consentiat. Subinferius. In Paulo (absolute prædestinato) tamen videtur eogens voluntas Dei sed non est quia, licet sit percussus, tamen voluntas erat libera, ut resisteret, si vellent. Insuper in id ad Timoth. 2. Et dicebat ab iniquitate: sic fatetur. (Liberum arbitrium dedit nobis Dominus, ut arbitrio propriæ voluntatis recedamus ab iniquitate, & simus ex illis, quos ipse novit suos esse: vel permaneamus in iniquitate, & simus ex illis, quos novit ad se non pertinere.) Et c. 4. de conceptu virginali, & peccato originali possit. med. [Deus nos, & potestatem, quæ in nobis est, subicit voluntati: ut ad imperium eius nos possimus movere nos, & facere, quod vult: imo illa movet nos, velut instrumenta sua, & facit opera, quæ videmur facere: neque nos possumus illi per nos resistere: neque opera, quæ facit, possumus non fieri. Dominus, quam dedit nobis Deus, neque possumus, neque debemus resistere: quando illi obedimus, Deo, qui hanc legem nobis dedit, obedimus.]

10. Hugo Victorius, 1. 4. lib. 2. instit. monasticæ de anima transcripsit, approbavitque secundum testimonium ex lib. de Ecclesiast. dogmatib. cap. 21. à nobis recitatum n. 7. & annotationib. elucidatoris epist. ad Roman. cap. 9. sub init. ait. *Promissio, quandoque cum eorum, ad quæ sit libera voluntas: ut in proprio, scilicet, habeat arbitrium promissionem suam suscipere, vel resistere.* Et inferius quæstioni de duobus quæ vocatis, non æque respondentibus, ait. [Solutio utrique data est gratia, quæ potuit consentire: Alterius tamen mens mota est, & consentit: quod de bono nature potuit, quia velle adiacebat ei: quod ante gratiam implere non potuit, per gratiam quidem excitata est, & resurrexit. Alter, cum posset, non consentit, sed gratiam oblatam reiecit: ut appareat in solis radio, & duobus in fonte lapsis, qui oculos aperit, videt, non sine solis claritate: qui oculos claudit non videt. Sic, qui manum meam apprehendit extrahitur à me de fonte qui autem negligit, nec nititur cum auxilio sibi exhibito non exit.] 1. 3. tract. 3. sum. c. 6. ait: [Appetitus iusti secundum voluntatem esse, per quem homo promereri potest, si bene retinendo, cum posset delere, si male deferendo, cum posset retinere.] Et c. 9. clarius exemplo futuri temporis respectu antecedentis temporis, ex quo non determinatur fore, quod de præsentibus est, indeterminationem in causa antecedenti natura ad contingens ita explicuit, quod in præsentibus non est in præsentibus nostra, ut tunc sit, vel non sit (ex suppositione nimirum quod est) & d. utrum in futuro ita se habeat, vel non in præsentibus liberi arbitrij est, (quia neque iustus lux existentia, vltioris, & exercitij arbitrij in illo, nunc adest, neque ex hoc instanti, neque ex exercitio arbitrij liberi in illo futuri existentia pro sua vltiori duratione determinatur. Nec ad omnia futura se habet, sed ad ea tantum, quæ possunt fieri, & non fieri, lib. 1. erud. Theologica cap. 178. ex Miscellaneis. [Liberum arbitrium est habitus rationalis voluntatis: quia potest vel adiuvante gratia ad bonum, quod non habet, vel minus habet, proficere: vel sinente gratia à bono, quod vel habet, vel habere debet, per semetipsum deficere,] quam definitionem liberæ potentia vniuersalius, atque ab electionis materia abstractius repetit 1. de sacram. par. 6. c. 4. p. 1. c. 11. & 1. his verbis. *Libertas est habitus voluntatis, quæ mouetur ad utrumque.* Consonat c. 22. & sine 1. tom. lib. 9. in caput 9. Dionysij de celest. Hierarch. post libri med. [Sicut in nostra potestate non est, ut diuina illuminationis donum nobis offeratur, ita, non nisi in nostra potestate est, ut oblatum suscipiatur. Nam aliquando, cum nolumus, offeritur: sed non suscipitur, nisi, cum volumus: & cum volumus quidem, à Deo volumus: quia donum Dei est voluntas bona: cum autem nolumus, à nobis nolumus,] quod, fufius colligit, & confirmat ex illo Dionysij: illa quidem non reuelantur per propriam potestatem providentiam. Vbiq. autem, ut vidimus, Dei gratiam, & electionem bonorum operum, & meritum causam esse, non verò à contra hæc illarum, ex doctrina docet Augustini: expressus verò tract. 1. sum. sententiar. c. 11. post med.

11. Richardus victorinus de statu inter. hominis p. 1. cap. 19. *Arbitrium hominis, non adcirco liberum dicitur,*

quod præsumptum habet bonum vel malum facere (externè nimirum) sed quia libertatem habet bono, vel malo non consentire. In eo quippe stat libertas formalis, & immediata arbitrij, unde mediata in externas descendit potentias Subinferius. *Libertas est, quod potest etiam consentire, & non consentire inspirationi diuina: & similiter suggestioni diabolica: cap. 6. docet hominem polere libera potestate refrenandi suas passiones, & effrenatas frangendi, emolliendi, & viciscendi.* At horum autem potestatem non, nisi ex Dei gratia, esse docet expressè cap. 21. 22. & 23. & de erudit. interioris homin. par. 1. lib. 1. cap. 29. à med. Laurent. Iustinian. serm. Sanct. Lucae sub init. *Valeat enim, sicut assensum præbere, ita gratia repugnare diuina: Magna profecto liberi arbitrij virtus est, quæ salutis, seu propriæ damnationis efficitur causa: unde reprobationem meretur, & laudem.* De contemptu mundi cap. 8. init. [Præstitit quippe Dominus liberam boni, vel mali eligendi facultatem: quæ mediante mercedem iustus, improbus autem merito condignum habeat de mali perperratione supplicium.] Veri. finem. Pulchri ad cordis ostium aperire, peccator, noluit, seque vocantem sapientiam audire neglexit. Poterat quidem vocatus respondere, annuere, & obtemperare, fieretque iustus.] Porro ea omnia quæ ex Patribus toto hoc certamine produximus non solum indifferentem ad utrumvis arbitrij, seu liberæ in actu, ut aiunt, primo voluntatis nostræ potestatem cum alterum extremum determinatum amplexatur, exequiturque irresistibiliter quincunt: sed & potestatem hanc ad bonum aliquid præstandum, non viribus, & iure naturæ, nec sine Dei gratia, vocatione, inspiratione, auxilio, & inuamine viquam, inquamve voluntati nostræ inesse, ad esse posse: ut ex verbis ipsi Patrum recitatis plerumque, vel ex stata apud ipsos aliis notatis locis doctrina clarescit: ac proinde potestatem hanc ad oppositum etiam actus boni elicit, (ad quod, & Dei voluntas, & decretum concursus, auxilium gratiæ, efficax etiam, adesse debet) cum his omnibus absolute positis omnino apud Patres consistere. Vnde de ipsissimo mendacio conuincuntur Magdeburgenses centuriatores cent. 2. pag. 59. cent. 3. pag. 77. apud Feuardentium in Irenæum lib. 4. cap. fine, & Caluinus apud Ruardem Tap. art. 7. pag. 371. asserentes Patres in liberi arbitrij doctrina sibi non constare, firmamve quidquam tradidisse: atque Græcos, præsertim Chrysostom. plus nimio arbitrij, & voluntatis nostræ viribus detulisse, dum potestatem, & dominium suarum actionum illi concesserunt: quasi gratiam Dei ab ea ad pie, honeste, recteque viuendum, & operandum potestatem reiecerint. Quibus Patribus adde Innoc. Pap. & Celest. item Pap. recitatos & Glossam.

CERTAMEN III.

Ad libertatem arbitrij, necessitatem alterius partis, & (quod consequens) impossibilitatem alterius absolutam constanter apud Patres omnino excludi.

1. Nihil sane à Patrum autoritate agendum certamen proximum relinqueret: si ingenui veritatis amatores omnes homines essemus, solaque legitimi, & naturalis discursus ratione, aliis politicis, & quas status vocant, alegatis, res hæc apud omnes ageretur. Cum enim constans ex certamine proximo apud Patres sitposita gratia, omnibusque, ex parte etiam Dei requisitis in voluntate libera, & arbitrio, ut possit actum liberum elicere, & ab absolute tunc arbitrium, vel oppositum agere, & ab eius effusione seipsum suspendere: certum, & constans apud eosdem est, eisdemque locis, positis iidem gratia, & ceteris, etiam ex parte Dei requisitis, actum illum liberum non esse voluntari, & arbitrio nostro necessarium.

FFF 3 sariuni